cū. Et adduxit eos sine vi. nō audēs eis vio-
lentiā facere ppter populū q̄ fauebat eis. Et
statuerūt eos in cōcilio. et ait illis. p̄nceps
sacerdotū. P̄cipiēdo p̄cipiū vob⁹ au-
ctoritate. p̄tificali. ne doceret⁹ āpli⁹ i noīe
isto. s̄i noīe ihu. et ecce replete h̄r̄lm doctrīa
vīa. Quaq̄d vultis inducere sup nos sanguī
nē hoīs hui⁹. i sanguinis vidictā. q. d. Quo-
qd arguistis nos q̄i reos sanguinis innocēt⁹
predicando eū innocentē quē p̄dēnauim⁹.
Et r̄nderūt vnanimit̄ oēs apostoli ex feruore
et cēlo nō paciētes vñū p̄ oīb̄ loq. Obē-
dire oportet deo magis q̄ hoībus. De⁹ pa-
trū noītrop⁹ suscitauit iēsum quē vos intere-
misiſ ſuſpendentes in ligno. et exaltauit il-
lū ad tēxterā ſuā. et nos teſtes ſum⁹ hoīz ver-
borū. et ſpūſſancus quē dedit nō ſolū nobis
ſed oībū obediētib⁹ ſibi. in quo ad pñiam
eos p̄uocauit. Aſi dicant. Etiam vobis ſi
velius obedire. Hęc audiētes diſsecaban-
tur cordibus ſuis.

De consilio gamalielis
Capitulum. .XXVIII.

Vnc ſurgēſ in

concilio quidā pharise⁹ noīe ga-
maliel legiſdoctor honorabilis vni-
verſe plebi p̄epit vt ad breue hoīes amoue-
rent. Iste gamaliel vt dīc clemēs in epifo-
la qđam fuit dīcipul⁹ apostoloꝝ ſicut nico-
dein⁹. et erant de cōſilio apostoloꝝ inter iu-
dēos vt ſēpe mitigarent irā eoꝝ aduersus
eos. Locut⁹ eſt ergo gamaliel in concilio in
bunc modū Viri israelite attēdite vob⁹ qđ
acturi eſtiſ ſup hoībus iſiis. q. d. Nō debē-
tis ſubito iudicare ſed expectare. qz ſi opus
eoꝝ eſt opus tantū hominū. q̄ ſe deſtruere. ſi
aut̄ eſt opus dei ſtabit nec poterit deſtruī. Et
hocondit exēplo duox ſc̄ theodę et inde ga-
lilei. Theodas magis vt tradit iosepb⁹ di-

cebat ſe ppletam. ad cuius pſuasionē mul-
ti venditis omnibus ſuis et ſublatis ex vrbe
facultatibus ad ripas iordanis venerunt et
promiſit ſe facturū post tridū ut diuidi-
retur iordanis et transirent ſicco pede ſicut
transierant filij iſrael. Et dū expeſtatent. in
triduo illo ſuperueniens pcurator preſidis
ſirię cum multitudine equituz. multos ex eis
occidiſ. et caput iſpius theodę hieſolymā
repor tamit.

Aliud exemplū decodēm.
Capitulum. .XXIX.

Uſt hūc extitit

indas galile⁹ in diebus pfeſſionis
id eſt. deſcriptōis generalis ab au-
gusto facto qñ vnuſq̄ſq̄ ſoluens censū ca-
pitis ſui. pfitebatur ſe ſubditū romano im-
perio. Iste indas galile⁹ fuit eſſe genere. Et
vt tradit iosep⁹ pſuadebat indigis ut nega-
rent tributa romanis. aſſerens eos q̄ deci-
mas et primitiaū deo ſolutebant. non debere
ſoluere tributa hominib⁹. Et i tantū p̄eu-
luit hec doctria ei⁹. vt pbariſei et magna pſ
populi quererent ab ipſo domino. an ſoluē-
dum eſſet tributum celari an non. p̄uicea pe-
riſt ipſe et quotquot ei conſenſerunt. Con-
ſenſerunt ergo exhortatiui gamaliel⁹. et con-
uocat̄es apolloſ flagellauerunt eos et fla-
gellatos dimiſerūt. phibētes ſub cōminati-
one mortis. ne ampli⁹ loquerent in noīe ie-
ſu. Et ibāt apostoli gaudentes a pſpectu cō-
cili⁹. quoniā digni habitis ſūt pro noīe ielū
p̄tumeliā pati. Ecce quantū erat in eis iam
robur fidei. q̄ nec verbis phiberi poterant
nec flagellis. i. nō deſtiterūt pmo ſbis phi-
biti. modo flagellis celiſ.

Decā m̄n̄mūris i terꝫ pīanoꝫ.
Capitulū. .XXX.

P Diebus autē

i illis crescente numero dīcipuloꝝ.
i xpianoz qui eo tpe dicebant dī-
cipuli. factū ēmurmur grēcoꝝ. i. aduenaz
gentiliū in ciuitate puerlantiū. Vel indeoꝝ
qui fuerant in diſpſione nati et iter grēcos
nutriti aduersus hebrēos. eo q̄ despicerent

Actuum apostolorum

vidue eoz in misterio quotidiano. qui vidue hebreoz erant magis perite. et ideo alios prete rebant in dispensatione administratis quidianis. Et propter intelligi ea murmuris dupliciter. Quel qui vidue grecos in quotidiani ministerii non admittebant. vel qui in misterio quotidiano nimis grauabantur. Forte faciebant eas vocinas et homini vilia administrare. Videntes autem apostolae murmurationem oratam per administrationem viduaz. quas ideo necessarie erat administrare. qui non poterat ipsi ad hoc sufficere. ut singulis distribueret. multitudinem provocantes dixerunt. Non est equum nos derelinquere proximum dei et ministrare misericordia. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem plenos spiritus sancto et sapientia quos constitutus super hoc opus ut ipsi ministrent vel possint ministrantibus nos pro oratione et predicatione vacabimus. Et placuit homo iste multitudini. et elegerunt septem. Stephanum et philippum. et pchorum et nicanorem. et timonem. et parmenam. et nicolaum aduenam anthiocenum. Qui solus dicitur est aduenus qui alienus. Quel qui solus erat aduenus. vel qui notabilis solus erat futurus aduenus. qui alienus. Hoc statuerunt illi qui elegerant annus prospectum apostolorum. Et orantes apostoli posuerunt eis manus. Hoc vice habuit in ecclesia archidiaconi. propterea instituti ut portaret pondus negotiorum. ut episcopi liberi vacarent doctrinam et orationem. His episcopis nostri episclus qui deprehenderunt archidiaconos in hominibus administratione minus circumspectos. prouida quadae cautela dant opam huius operationi. id. missationi. Et vide quod qui apostoli orantes legunt manus eis imposuisse. ideo in ordinatib; suis sunt orationes. Hac etiam auctoritate in quibusdam ecclesiis manus imponunt diaconibus in ordinatione. Qui autem eis manus non imponunt. secundum habent auctoritatem bede. Quod autem dictum est. et orantes imposuerunt eis manus. dicit intelligendum esse factum post. quod postea eosdem ordinauerunt ministros ad ministerium sacri altaris. et dominici corporis et sanguinis. et tunc eis manus imposuerunt. An et sacerdotibus cum ordinant manus impunis. Queritur enim crescebat et multiplicabatur numerus discipulorum in iherusalem. Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei.

De commendatione beati stephani
Capitulum .XXXI.

Stephanus ple

nus gratus et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quodammodo in synagoga libertinos. et regione sic dictorum. Quel libertinos. id. manumissoz. quod cum prius fuissent servi postea fuerant de libertate donati. et sic de servili conditione fuerunt quod primo restiterunt fidei christi. et cirene. sium a cirene ciuitate. et eo quod qui erant a cilia et asia minori quod sibi proxime sunt. disputantes cum stephano. et non poterant resistere sapientiam et spiritu sancto qui loquebatur in eo. Tunc introduxerunt duos falsos testes. quod testificarent eum dixisse blasphemiam in deum et in moysen. et commouerunt plebem et seniores et scribas et adduxerunt eum in concilium et surrexerunt duo falsi testes. et dixerunt. Non iste non cessat loqui aduersus locum sanctum et moysen. quod. Detribuit templo et legi. Audiuimus eum dicentem. quod nam iesus naconem destruet locum istum. et mutabit traditiones quod tradidit nobis moyses. Et omnes qui intuebantur eum sedentes in concilio videbant faciem eius tanquam faciem angelorum. Et dixit pnceps sacerdotum. Numquid haec ita se habent. Tunc agressus est beatus stephanus facere grandem hominem. Et qui arguebatur de blasphemia in deum et in moysen. ideo premisit titulum principio hominis commendatione dei dilectionis. deum qui locutus est prius et prophetis eum deum maiestatem et glorie. Et statim accedit ad commendationem moysi. inchoatus ab altiori. scilicet a commendatione patrum. a quo descendit moyses. Inchoatus itaque ab abraham quando egressus de chaldea venit in mesopotamiam et inde in carra. et inde in indeam.

De sermonе eiusdem .XXXII.

Eri inquit frater tres et pres audite. De gloriam ap-
paruit prius nrō abraā cum esset in me-
sopotamia priusquam moraret in carra et dixit
ad illus. Eri de terra tua et de cognatōe tua
Tertius addit in genesi. scilicet de domo pris tui

Historia

Sed a Stephano p̄termittit q̄ scientib⁹ loquebat. Ideo historiā breuiā tāgit v̄l trāsit q̄i notā. H̄s videt oblioq̄ libro genesis. vbi videt p̄tineri. q̄ post mortē patris. s. thare dictū fuerit hoc. Abrae. de quo constat. q̄a mortu⁹ est in carra. vbi ⁊ filius ei⁹ cū eo habitauit. ⁊ ita dictū est in carra. Quid est ḡ q̄ hic d̄r̄ priusq̄ moraret in carra. Potuit ei vtrobiq̄ dici. Vcl vbi d̄r̄ ⁊ dixit ad illuz supple poltea in carra. Sed siue in mesopotamia siue in carra. siue vtrobiq̄ dictū sit ei quē ergo dicū ē ei. exi de terra tua. questio eit. Nunq̄d iam exierat de chaldea. vtq̄. Sed adbuc ibi tenebat spe ⁊ desiderio redeundi. Preceptū est ergo ei vt exiret mēte q̄ iam exierat corpe. Vcl p̄t dici q̄ melopotamia ⁊ carra in chaldea sūt. Et ita egressus de chaldea. i. de quadā pte chaldeos venit in mesopotamia in aliā pte. s. chaldeos et inde venit carra q̄ adbucerat mesopotamia. Lunc exi de terra chaldeorū ⁊ de mesopotamia. q̄ium ad hoc qđ videt bis dictū. ⁊ venit poltea in carram. Et inde sils de carra postq̄ mortu⁹ est pater ei⁹ transstulit eū dñs in terrā istam in qua vos habitatatis. Vcl tūc exi de terra chaldeorū mente. et inde. i. demū. s. post depositionē illius voluntatis. post mortē patris translat⁹ est in terram istam. Vcl si intelligat dictū. venit in carra plane legit hęc ltrā. Et vide qz in hebreo d̄r̄ de huc chaldeorū. i. de igne chaldeorum. Chaldei enī ignē adorabant. ⁊ pignē traictebāt puulos suos. sicut nos traicim⁹ per aquā baptismi. Et tradūt hebrei q̄ q̄ thare et filij eius cū essent in chaldea nolebāt adorare ignē. plecti sunt a chaldeis in ignē. et combustus est aram frater abrae. Abraam vero a dño liberatus est. vñ sepe dictū est ei a domino. Ego su⁹ dñs de tuis q̄ eduxi te de huc chaldeorum.

De prosecutione narrationis Capitulum. .XXXIII.

Ostquaꝝ aut li

p beratus est cum patre suo thare et nachor fratre ⁊ loth nepote. et tota familia. venit in carram. ⁊ inde post morteꝝ

patris ibi remanente fratre eius nachor venit in iudeam. Tamen nō dedit illi hereditatem dñs in ea. nec passum pedis. id est. nec etiam minimā partē. q̄ nihil possedit ibi nisi titulo emptionis. Speluncā enī cū agro nō hereditate possedit. sed p̄cō emitabef froni filio seortheo. sed reprobavit dare illuz in hereditatē semini eius post ipsum. cū non haberet filium dicens. Erit semen tuum accolam. i. p̄egrinum in terra aliena. quadringētis. et .xxx. annis et in parte huīis temporis subiūcent eos seruituti ⁊ male tractabunt eos egypti. quia centū quadragita q̄ttuor annis tuerunt in seruitute pharaonis regis egypti. et gentem cui seruierint ego iudicabo dicit dominus. et post exhibunt ⁊ mihi dseruent in loco isto. Sic ordinata p̄structione lrē nil scrupuli surgit inde. Hos quadrangentes triginta annos computat rabanus a die qua facta est hęc promissio abrae usq̄ ad egressum de egypto. A tempore nāq̄ promissionis factę abrae usq̄ ad ingressum iacob in egyptum fluerunt ducenti quadraginta anni. ⁊ ab ingressu ad egressu to tidem. Sic rabanus. Qui consonare videtur apostolus dicens. quia post quadringētos ⁊ triginta annos facta est lex.

Quō cōputētur. cccc. xxx. anni.
Capitulum .XXXIII.

Eda et augusti

b nus quia dictum est. Ju isaac vocabitur tibi semen. adherētes huic verbo computant. cccc. ⁊ .xxx. annos a nativitate isaac usq̄ ad mortem duorum regū. sc̄ seon regis amoris eorum ⁊ ḡ regis balan. Prosequit exinde breviter stephanus historiam. Et dedit illi testamentum circumcisionis. ⁊ gennit isaac. ⁊ circumcidit enim octaua die. Et isaac genuit iacob. et iacob. xii. patriarchas. et patriarchę emulantes ioseph vendiderunt eū in egyptū qđ breviter trāsit. Et erat de⁹ cū eo. ⁊ erupuit eum ex omnib⁹ tribulationib⁹ eius. ⁊ dedit ei sapiam ⁊ grām in p̄spectu pharaonis regis egypti. ⁊ p̄stituit eū p̄positū sup egyptū.

Historia

z suū oēm dōmī suā. Postea facta ē famē
magna in vniuersa terra. Et audiēs iacob
frumentū esse in egypto p̄mo misit filios po-
stea ipse cū septuaginta quinq̄a ab̄ descē-
dit in egyptū. Veritas habet sūmū librū ge-
neseos q̄ cū lxx. aīabus intravit. z si cōpu-
tant ipli iacob z ioseph cū duob̄ filiis non
sūt ibi nisi lxx. Lucas addit q̄nq̄ p̄ antici-
pationē. cōputās nepotes ioseph. sequens
editionē lxx. īterptum q̄ mag. erat autētica
Quā nīsi sepueret forte min⁹ crederet ei et
op⁹ ei⁹ suspectū haberet. Et defunct⁹ ē ipse
iacob ī egypto. z p̄s nri. s. xij. patriarche.
z translati sūt in siche. Hoc de solo ioseph
legit. q̄ filij israel ad ei⁹ petitionē ossa e⁹ de
egypto transtulerūt. q̄ etiā p̄phetasse legunt
tur z sepulta sūt in siche. Quid ē ergo q̄d
pluralē dictū est translati sūt in siche.

Opinio bede de eodem
Capitulum. XXXIX

Kedendum est

ut dicit beda stephano. credendū
est hieronymo. q̄ in historia pau-
le dicit eā transisse p̄ siche. et ibi inuenisse se-
pulcrā. xij. patriarchaz. Prō ergo trālla-
tam siche. posita sūt postea in sepulcro q̄d
emit abraā p̄recio argeti a filijs emor filijs si-
chem in spelunca. s. duplii quā emit q̄drin
gētis siclis ab effron filio seor eth eo. s. i abra-
hamio. vbi sepult⁹ est adam cū euā. abraāz
cū sara. isaac cū rebecca. iacob cū lyā. q̄d
est q̄d dictū est in sepulcro q̄d emit abraā a
filijs emor filijs siche. cū p̄stet abraāz emissē
sepulcrā ab effron eth eo. Jo sic p̄struūt q̄dā
litterā. Trāllata sūt in siche. siche dico em-
ptā a filijs emor filijs siche. H̄z q̄d est q̄d d̄r
emor filius siche. cū p̄stet siche finisse filiū
emor. Potuit esse q̄ fuerint duo siche q̄ruž
alter d̄r a līca pater emor. alter in genesi d̄r
filius ei⁹. Vel ita ordina p̄structionē vt iū-
gas p̄ncipiū sermonis z finē h̄ modo. A fili
is siche filij emor. Et ita hic locus congruit
libro genezeos. Ut ergo excludat oīs dubi-
tatio ita p̄struat lrā. Translati sūt in siche
siche dico emptā a iacob sc̄a filijs siche
filij emor. Ac si dicere. in illa p̄tem siche

quā emit iacob nō abraā. z inde postea pos-
ti sunt in sepulcro q̄d emit abraā ab effron
eth eo. s. in abraamio.

redit stephan⁹ ad ordinē hi-
storię. Capitulū. .XL.

Ostea redit ste-

p̄phan⁹ ad ordinē historię. q̄dā
mō digressus fuerat. z p̄tinuat ei
q̄d dictū ē. Post h̄ exhibūt et deseruit mīhi
in isto loco. Lū aut̄ appropinquaret temp⁹
repromissionis crevit p̄plus z multiplicar⁹
est in egypto. quo adūq̄ surrexit aliis rex
egypto ignorans bñficia ioseph. i. imemoz
bñficioz ioseph. Hic afflxit p̄s nostros
p̄cipiens necari p̄uulos nostros. Et eo tpe
q̄ dedit edictū occidendi p̄uulos. natus est
moyses. z fuit gratus deo. Ecce quō descen-
dit ad cōmendationē moysi. q̄ arguebat
blasphemasse in enī. Qui cū nutritus ēt tri-
bus mensibus in domo patris sui p̄ieci⁹ ē
in flumen. z sustulit eum filia pharaonis q̄
venerat ad flumen vt lauaret. z entriuit eū
sibi in filiū. Et eruditus est moyses omni sa-
pientia egyptior̄ z erat potens in xbis et
opib⁹ suis. i. eloquēs z fortis. Lū aut̄ ēt. xl.
anno p̄ visitauit fratres suos filios israel ī
terra iessen vbi occidit egyptū rixantē cuž
hebreo. putans frēs ītelligere sic ipse intel-
ligebat in sp̄n. q̄ p̄ manū illi⁹ dñs filios isra-
el de manu egyptior̄ z esset liberatur⁹. At illi
nō ītellecerūt. Et cū sequēti die vellet recōci-
liare duos hebreos rixātes. q̄ iniuriā facie-
bat alteri. repulit eū dicēs. Quis te p̄stituit
p̄ncipē z indicē sup nos. Nunq̄d mes vis ī
terficere. sicut heri interfecisti egyptū. Quo
audito timens sibi moyses fugit in terram
madian. vbi de sephora filia sacerdotis ma-
dian quā duxit. duos genuit filios. Explet⁹
aut̄ annis. xl. apparuit illi d̄r in deserto mō
tis sinai. cū minaret gregē ad interiora dēb-
ti in rubo. z facta est vox dñi ad eum dicēs
Ego sūt deus patrū vestro z. z tremefactus
ē moyses. Dixit at illi d̄r. Solue calciamē
tum de pedibus tuis. Locus enim in q̄ stas
terra sancta est. Vidi afflictionem p̄p̄li mei
q̄ē in egypto. z gemū eozū audiui. z desce-

Actuum apostolorum

di libérare eos. Et nūc veni mittā te in egyptū. Hunc moysen quē negauerūt dicētes. Quis te p̄stituit p̄cipē sup nos. misit de⁹ p̄cipē et redemptorē eoz de seruitute egypti. cū manu. i. opere vel auxilio angeli qui apparuit ei in rubo. Hic eduxit eos faciens signa et pdigia in terra egypti. et in mari rubro et in deserto annis. xl. Idē moyses dixit filiis israel. Prophetā suscitabit vob̄ de⁹ de fratrib⁹ vestrī. ipsū tanq̄ me audietis. Hic est q̄ fuit in ecclesia. i. in p̄gregatione populi israel in solitudine sinai cum angelo qui loquebatur ei in monte cū p̄ibus n̄ris q̄ accepit verba vitē dare nobis. cui n̄oluerūt obedere patres nostri. sed repleuerūt eū et auersi sunt cordib⁹ suis in egyptū ad aaron dicentes. Fac nobis deos q̄ precedat nos. Et fecerunt vitulū. et hostias ei obtulerūt.

Lōmendat tabernaculū ne videatur dānare locū sanctum
Capitulū. .XL.

Ostea quia di-

p cebātēn̄ deprauare locū sanctum subdit de cōmendatione tabernaculi. Qd dictū est tabernaculū testimonij vel qr̄ in eo erat arca testimonij. vel qr̄ ante fores tabernaculi causē sub testib⁹ diffiniebant. Tabernaculū inq̄t testimonij fuit cuj patrib⁹ nostris in d̄serto. sicut disposuit de⁹ loquens ad moysen ut faceret illud h̄m formam quā viderat in monte. Hoc habuerunt patres nostri usq; in dieb⁹ dāuid. In dieb⁹ aut̄ salomonis templum tabernaculo successit. Postea incepit eos arguere post q̄ purgavit se a crimine sibi a fallis testib⁹ obiecto. Dura inq̄t ceruice et in circumcisio cordib⁹ et aurib⁹ vos semp sp̄uis sancto restititis sicut et patres vestri. Quē p̄phetarū nō sunt p̄secuti patres vestri. Hoc audientes disseçabant corib⁹ suis et stridabant dentibus in eum.

Q, lapidanerunt stephanum
Capitulum. .XLII.

Wm autē esset
stephanus plenus spiritus sancto

intuens in celum vidit gloriam dei. et iesū in forma humana stantē a dextris virtutis dei Stans apparet ei crucifix⁹ ne titubaret lapidandus. Eo enī ipso q̄ stabat se paratum ei subuenire monstrabat. qr̄ stare pugnatis est vel adiuuatis. Ecce inq̄t video celos ap̄tos. et filiū hoīs stantēa dextris virtutis dei Tūc exclamantes voce magna clauerūt ares suas q̄si abhorreter audire blasphemiam et impetū fecerunt vnamiter in eum. et ejcentes eum extra ciuitatē lapidabāt. in h̄m legem se agere estimantes. qr̄ h̄m legem blasphem⁹ educebatur extra castra. et lapidabat eum vniuersus populus. Et testes duo sc̄z falsi q̄ primi h̄m legem tenebant lapides p̄cere qr̄ in lege dictuz est de blasphemio. Prima man⁹ testiū lapidabiteū. Et depolarerunt vestimenta sua ne inq̄narent tactu illius. secus pedes adolescentis q̄ vocabat sanlus postea vocatus est paulus. Qui teste beda in hoc de⁹ misericorditer puidit q̄ nō est man⁹ ei⁹ sanguine innocētis polluta. H̄z tantūmodo seruauit lapidantū vestimenta et consensit eis vnde tanq̄ dign⁹ morte periret. nisi deus p̄ gratiā et p̄niam inspiraret Lapidauerunt ḡ stephanum leuitam inuocantem et dicentē. Domine ielu accipe spiritum meū. sicut et xp̄us ad patrē ait. In manus tuas cōmendo sp̄ūm meū. Positū aut̄ genubus clamavit voce magna dicens Domine ne statuas illis hoc peccatum. quia ne sciunt quid faciunt Multi enī ex eis ipsum occidendo estimabant se legem iplere. iuxta quod domin⁹ p̄ dixerat. Venit hora ut oīs qui interficit vos. arbitret obsequiū se p̄fari re deo. Et cū hoc dixisset obdormiuit ī dño. Et facta est p̄secutio magna in ecclesia que erat hierosolymis. qr̄ occiso beato stephāno uno de p̄cipib⁹ ecclesie et quasi primicerio vii. diaconorum. ceperunt alios p̄seq̄ grauit. in tantū q̄ oīs discipulū p̄ter apostolos qui ut pastores gregis ceteris erant p̄stantiores. dispersi sūt p̄ regiōes iudeę et samarie fugientens a facie p̄secutoꝝ. iuxta qd precepit dñs. Si vos p̄secuti fuerūt in una ciuitate fugite ī aliā. Curauerūt aut̄ stephanū viri ciuitati. i. iuxta moře terre diligēt curā

Historia

adhibentes sepulcra et fecerent planctum magna super eum. Tunc apostoli predictores qui ad gentes in posterum essent translati. predictores fidelibus qui erant in hirsute remanserunt ordinantes ruti iacobini alphabeticis episcopis hierosolymorum. et posuerunt eis manus petrus et iacobus et iobes. Ideo non a paucioribus quam tribus episcopis episcopus hodie prescratur.

De prima persecutione sauli Capitulum. .XLIII.

Saulus vero de

vastabat ecclesias discurrens per domos trahens viros ac mulieres et detrudens in carcere. Nemine tamen occidebat dominum custodiente manu eius ne sanguine innocenter pollueret. Qui autem dispersi fuerant pertransibant de loco ad locum euangelizantes Christum dei nihilominus quod dispersi constantes erant in predicatione euangeli. Philippus autem diaconus secundus a Stephano descendens in civitate samarie predicabat ibi Christum. Et intendebat turbam unanimiter his quod a philippo predicatebat. videntes miracula quod faciebat. quia multos demoniacos liberabat. multos paralyticos sanabat. et claudos erigebat. Erat autem ibi Simon magus seducens gentes. cui auctoritatem omnes a minimo usque ad maximum quod magicis artibus multa faciebat. unde dicebat ipsum esse prophetam vel angelum vel dei filium. quia metes eorum dementauerat. et magicis artibus subuerterat. Cumque crederet philippo euangelizanti de regno dei in nomine Iesu Christi baptizabant viri et mulieres. et Simon se fowanit se credere et baptizatus est. Videntes enim philippum facere miracula. qualia et quanta ipse facere non poterat. nec ita facile putauit ex quadam industria fieri. ideo ficte baptizatus est ut familiari eius adhereret. et addisceret artes quae similia posset facere.

De petitione simonis magi Capitulum. .XLIV.

Num autem quid?

sent apostoli qui erant hierosolymis. quod receperisset simon Christum miserum ad eos

petrum et iohannem. Qui cum venissent oraverunt per ipsius ut acciperent spuum sanctum visibilitate quod forte nondum fecerat. nondum enim in quemque illo per venerat. et visibiliter descenderat. Constat enim quod invisibilitate spuum sanctum accepant cum baptizati essent in nomine domini Iesu Christi. imponebant manus super illos et accipiebat spiritum sanctum. ita quod visibili signo ostendebatur. cum linguis omnibus loquerentur. Constat hunc philippum diaconum fuisse non apostolum. Quod videt ex glosa super mattheum. quia manus impositione reservauit apostolis. quod propter ea res uatur hodie solis eorum vicariis. et episcopis. quod manus imponunt et fronte linunt in confirmatione ubi dat spiritus sanctus ad robur. Si enim philippus iste apostolus esset. statim baptizat manus imponeret. nec ad hoc alios expectarunt. Cum autem simon vidisset quod per impositionem manus apostolorum daret spiritus sanctus putans ex quodam industria hoc ab eis fieri et haec posse ab eis precio compari obtulit eis pecuniam dicens. Date mihi hanc potestatem ut cuiuscumque manus imposuero accipiat spiritum sanctum et sic voluit emere haec potestatem ad lucrum. Ad quem petrus. Pecunia tua tecum sit in predictione. Quod sic potest distinguiri. ne videatur imprecari pecuniae. Pecunia tua tecum sit. supplex dicens te in predictione. Vnde imprecando ait. In predictione pecunia tua tecum sit. et pecuniam tuam habeas. et per ea penitentiam luas. Sancti enim cum suam maledictionis perficerint non ex voto ultionis sed intuitu iniusticie in ea prouinciantur. Quod est tibi per predictio sermone isto. ut ad manum tuam in predictione det spiritus sanctus. Cor enim tuum non est tecum coram domino. Pro nitentiā itaque age per hac nequitia tua. et roga deum ut si forte remittat tibi haec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligacionis iniquitatis video te esse. Sciebat enim petrus in spiritu penitentiam non acturum. sed ad hoc eum exhortari erat ei officium. Simon autem sciens se indignum a deo exaudiiri. noluit orare. sed ait apostolis. Preca mini per me. ut nihil veniat super me horum quod existis. Petrus vero et iohannes rediit hierosolymam. et multis civitatibus samaritanorum euangelizabant.

Actuum apostolorum

De eunucho baptizato a philipo.
La pitulum .XLV.

P̄gelus autem

s dñi locutus ē ad philippū dicens
Surge et vade contra meridianū
ad viā quę descendit a hierusalem in gaçā
id est in africam. q. d. Vade ad viā p̄ quā
a hierusalem p̄ gaçā descendit in africam.
Hęc sc̄z gaçā deſtructa est. Aetus enī gaçā
quę olim erat terminus chananeorū iuxta
egyptū deſtructa erat et loco ei⁹ edificata ē
alia. Et surgens abiit. Et ecce vir ethiops
eunuch⁹ potes in domo candacis reginę. q̄
erat sup̄ oēs gaças ei⁹. erat enī consuetudo
eunuchorū custodire theſauros potentum
venerat adorare in hierusalem. Et vt tradit⁹
in alijs historijs. per eum miserat multa do-
na templo in hierusalē cādaciſ regina ethi-
opum. Et vide quia om̄es reginę ethiopū
dicebant reginę candaces. sicut romani im-
peratores dicebant cesares. nec habebat re-
gimen regio illa niſi a feminis. Lūqz reuer-
teretur ethiops ille sedens sup̄ currum. et le-
gens esaiam p̄pletam. dixit spiritus philip-
po. Accede et adiunge te currui. Accedēs au-
tem philippus. audiuit eū legentem esaiaz
et dixit. Putas ne itelligis quę legis. Qui
ait. Et quomodo possum. si nō aliquis ostē-
derit mihi. Et roganit philippū ut ascēde-
ret currum et federet secum. Erat autem hic
locus scripturę quā legebatur. qui dño procu-
rante ſic legendus occurrerat. Lūqz ouis
ad occisionem duct⁹ est. et ſicut agnus corā
tondente ſe ſine voce. ſic nō aperuit os ſuū.
Respondens autem eunuchus philippo di-
xit. Obsecro te domine ut dicas de quo pro-
pheta hęc dicit. de ſe an de alio aliquo. Ape-
riens autem philippus os ſuum et incipiēs
a ſcriptura hac de qua ſc̄z querebat euange-
lijanit illi iefum. Et dum irent per viam. p̄/
uenerūt ad quandā aquā. Et ait eunuch⁹
Ecce aqua. quis p̄hibet me baptizari. Ad
quę philippus. Si credis ex toto corde. I⁹
tibi baptizari. Ad quez ille. Credo de filiū
effe iefum. Et vide. quia cuz in ſpiritu vide-
ret philippus eunuchi fidem. voluit tñ ab

eo extorquere confessionē manifestam no-
lens eū ſubito baptizare. Ut daretur exem-
plum baptizantib⁹ et baptizandis interro-
gandi et confitendi. Unde hodie cū quadā
dilatione et p̄telatione ſcrutiniorū celebra-
tur ſolēne baptisma in ſabbato pafcali. q̄a
incipiunt ſcrutinia in media quadragesima
ab ea die qua cantatur. dū ſanctificatus fu-
ero. Et iuſſit ſtare currū. et deſcenderūt am-
bo de currū. et baptizauit philipp⁹ eunuchū.
Et cum ascendisset de aqua. ſpirit⁹ domini
rapuit philippum. et amplius nō vidit euz
eunuchus. ſed ibat per viam ſuā gaudens.
Philippus autem inuentus eſt in aſoto. et
p̄transiens euangeličabat cunctis. ciuitati-
bus donec veniret celarea. In qua legit do-
mū habuiffle. cui⁹ uſqz hodie apparent velli-
gia nec nō et cubiculū quattuor filiarū eius
virginum p̄phetiflarum. Nunc redit histo-
ria ad ordinem ſuū. pſequens de paulo. et
continuatur ei quod ſupra dictum eſt. Sau-
lus deuastabat ecclſiam. Qd enī dictū eſt
de philippo et de conuertione eunuchi. q̄ſi
incidentis fuit.

De excecatione ſauli.
La pitulum. .XLVI.

Saulus adhuc

s spirans minaz et cedis in diſci-
pulos domini. id eſt. adhuc com-
minans eis. et in eos conſpirans et ad cedem
eorum aspirans. accessit ad principem ſacer-
dotum. celo furor eum concitante. et petiit
ab eo litteras ad synagogas ſingulas in-
deqz quę eront damasci. ut eius auctorita-
te ſi q̄s iueniret damasci h̄ vię viros et mu-
lieres. vinctos p̄duceret in hierusalē. Et cū
iter faceret. contigit ut appropinquaret da-
masco. et ſubito circūfulſit eū lux de celo. et
cadēs i terrā audiuit vocē dicēte ſibi. Sau-
le ſaulle quid me pſequeris. id eſt. in mēbris
meis. Qui ait. Quis eſ dñe. An de⁹ eſ vel
angel⁹. Ego inq̄t ſū iefus quę tu pſequeris.
Duruū eſt tibi p̄tra ſtimulū calcitrare. i. potē-
tiori rebellare. Et tremēs ac ſtupēſ dixit Da-
mine qđ me viſ facere. Ac ſi diceret. Volū-
tate tuā in dicā mibi. qz p̄ſtosū tibi obediſre

Histo. Actuum apostolorum

Ad quē dñs. Surge et ingredere ciuitatem et dicetur tibi qd te opteat facere. Viri aut qui comitabant̄ eū stabāt stupefacti. audiētes quidē vocē ipsi⁹ pauli. nō eius q̄ loquebat̄ cū eo. neminē aut vidētes. iuxta qd ipse paulus infra dicit. Qui mecum erant lumen quidē viderūt. vocē aut eius nō audierunt q̄ loquebat̄ mecum. Et surrexit de terra. et ap̄uis oculis nihil videbat. Factus est cec⁹ cor pore. q̄ prius fuerat cecus mēte. Ad manus autē illū trabentes. manib⁹ sc̄z suis manus eius tenentes et quasi cecū ducentes introducerunt eū dāmascū. Et erat ibi trib⁹ diebus nō vidēs neq̄ manducās neq̄ bibens. In q̄ triduo creditur a sp̄iſ sancto didicisse euā gelium. Unde gloriatur in ep̄istola ad galathas se nō habuisse hōminē magistrū dicēs. Nec ab homine accepi illud neq̄ didici. sed p̄ reuelationē iesu christi. Imponebat̄ enī ei a pseudo. q̄ edoc̄t̄ esset ab anania non a spiritu sancto. vnde vocabant eū apostolū ananię. Nec te moneat. si quandoq̄ legat̄ p̄uersio eius facta p̄mo anno dñicē passionis. quandoq̄ secūdo. alterū de anno vsu. ali. alterū de anno emergenti dī. Si enī cōputes primū annū dñicē passionis a ianuarij qui est annus visualis. tunc secūdo anno conuersus est paulus. Si aut computes ab ipso die passionis usq̄ in sequentez diem passionis anno reuoluto qui est ann⁹ emergens in primo anno dominice passionis conuersus est.

Duō ex mandato domini anania visitauit paulum.

Capitulū. XLVII.

Rat aut dama

sci discipul⁹ quidā. i. christianus nomine analias. Et dixit domin⁹ ad illū in visu. i. in visione noctis. Anania. At ille ait. Ecce dñe ego parat̄ sū tibi obediere. quē dñs. Surge et vade in vicū q̄ rotatur rect⁹. et quere in domo iude saulū nomine tharsensem. Ecce enī orat. Forsan iudas erat p̄prius nomē hospitis sui vel forsā erat de tribu iude. vt sit sens⁹. In domo iude id est. inter iudeos qui ibi erāt de illa tribu

vel in domo iude. id est. in vicō iudeorū. Clicus aut dicitur a vicinia ciuitatis. vt dicit Rabanus. vt p̄prie dicant̄ vici viciniora ciuitatis. Hoc in et sepe alibi alit̄ accipit. Ne timeret analias venire ad saulū. quem nouerat acerrimū persecutorē xp̄ianoꝝ. addidit domin⁹ Ecce enī orat. q. d. Non est tu mendus quia fact⁹ es de saulo paulus. et de lupo agnus. Et ego etiam reuelavi ei aduentum tuū. Jam enī vedit in spiritu te introeuntē ad se. et imponentē ei manus ut visu recipiat. Tunc analias. Domine audim⁹ a multis de viro hoc quanta mala fecerit iactis tuis in hierusalem. et habet potestatem a principibus sacerdotū alligandi om̄es qui inuocant nomē tuū. Ad quē domin⁹. Quod quoniā vas electionis est mibi iste. id est vas electū. et in fornace tribulationis p̄butum. ut portet nomē meū corā regibus et gentibus et filijs israel. Et tu quidā baptiçab̄ eum sed nō doceb̄ eum. ego enim sol⁹ doceto eum. et ostendam quanta oporteat eius pati pro nomine meo. ut per multas tribulationes probetur vas electū et mala que intulit sanctus patiatur cū sanctis. Abiit analias et veniens ad hospitiū pauli intravit ad eum et imponens manū dixit. Saulus frater. dominus iesus qui apparuit tibi in via quā veniebas misit me ad te. ut videoas interiori et exteriori oculo. et i plearis spiritus acto. id est spiritum sanctum plenius accipias postea in baptismo. Et confessum ceciderūt ab oculis eius tanq̄ squame. et visu receperit et surgēs baptiçatus est. et cum accepisset cibum confortat̄ ē. Et fuit cum discipulis q̄ erant dāmasci p̄ dies aliquot. et continuo ingressus synagogas predicabat dominū iesum. quoniā hic est filius dei. Stupebat autem omnes qui audiebant et dicebant. Nonne hic est qui repugnabat in hierusalē eos qui inuocabant nomen istud. et ad hoc buc venerat. ut vincos eos diceret ad principes sacerdotum. Saülus aut magis p̄ualebat iudeos qui erat dāmasci. affirmans q̄ hic est christus.

De inuidia iudeorū i paulū
Capitulum. XLVIII.

Historia

Bm aut ipse

rent dies multi a baptismo pauli
psiliū fecerūt iudicii ut eū interfice
rent. Exeo quod dictū ē cū implerent dies
multi potest videri. hoc nō fuisse factū in h
primo aduentu damasci sed in secundo. qz
forte transiit in siriam et ciliciam. et ibi p̄dica
uit. et multos pruerit. Postea cū iterū venit
damascū. qz magis luscitauerat inuidiam
iudeorum. in secundo aduentu damasci
statuerunt conciliū vt eum occiderent. sed
notificati sunt ei insidię iudeorū. et custodie
bant portas ciuitatis die ac nocte vt euī dō
lo interficerent. nō iudei sed ciues damasci
et p̄positus gentis arethē regis ad petitōe
iudeorū. sicut ip̄e apostolus in epistola sc̄da
ad Corintb. refert dicens. Damasci p̄posi
tus gentis arethē regis custodiebat ciuitatē
damascenorū. vt me cōprehenderet. Disci
puli autē eius nocte dimiserunt enī in spor
ta p̄ murum. Et vide q̄ in greco additū nō
est eius. sed dictum est simpliciter discipuli
quia nō habebat paulus discipulos. s̄ oēs
christiani tunc dicebantur discipuli. qz non
dum inuentum erat hoc nomē christianus.
Elapsus paulus a manibus damascenorū
venit in hierusalem. et volens se iungere di
scipulis domini. sc̄z aplis. sed omnes time
bant eum nō credentes q̄ esset discipulus.
Tunc barnabas ciprius leuites genere. q̄
vt supra dictū est precium agri venditi po
suit ad pedes ap̄lorum dñi. apprehensū illū
duxit ad apostolos narravitq̄ quomodo ī
via vidisset dñm. et qz locut⁹ est ei. et quomō
in damasco fiducialr egerit in nomine iesu.
Quos autem apostolorum inuenit in bie
rusalem in ep̄la ad galathas ostendit sc̄licz
petrum et iacobū ep̄um hiersolymoꝝ. cuī
quibus mansit. xv. diebus sicut ip̄e in epi
stola oñdit dicens. Deinde post annos tres
sc̄z a conuersione mea veni in hierusalē vi
dere petrū. et mansit apud eum. xv. dieb⁹ al
ium autē apostoloꝝ vidi nemine nisi iaco
bū fratre domini. Eterat cum illis sc̄z petro
et iacobo et alijs discipulis qui erant in bie
rusalem. intrans et exiens per. xv. dies. De

inde venit in partes sirię et cilicię. et ibi loq
batur gentib⁹ et disputabat cum grecis. i.
iudeis inter grecos disp̄lis. Hęc aut̄ histo
ria p̄ nimia lui breuitate rei ventitatē cōfun
dit. quasi totum in hierusalē factum sit. Ita
enim procedit series historię. Et erat cū eis
intrans et exiens in hierusalem. fiducialiter
agens in nomine domini. Loquebat autē
gentib⁹ et disputabat cum grecis. Illi at
sc̄z iudei conuersantes inter grecos cū qui
bus disputabat. voluerunt eum occidere.
Quod cum cognovissent fratres. deduxerūt
eum cesaream. quę ciuitas est palastine. et in
dimiserunt eum tharsum quę est ciuitas ci
litę. vnde ipse oriund⁹ fuit. Postea redit
historia ad petrū de actibus ap̄loꝝ agens
quasi modo interscalari.

De curatione eneę.
Capitulum. .XLIX.

Actum est autē

ut petrus dū p̄dicando discurre
ret. venit liddā. Inuenit aut̄ ibi bo
minem quendā eneam noīe. paralyticū ob
annis. viij. in grabato iacentez. Eait illi pe
trus. Enea sanet te domin⁹ me⁹ iesus chrl⁹
surge et sterne tibi lectū. qui prius nec etiā
poterat de lecto surgere. Et cōtinuo surrexit
Et viderunt illū omnes qui habitabāt lid
de et sarone. et pueri sunt ad dñm. Erat atē
in ioppen discipula quedū christiana. q̄ he
braicę dī thabita. grece dorcas. latine autē
damula vel capriça. Super marcum tñ ha
bemus. quia thabita interpretatū est. puel
la. Unde thabitacumi interpretatū ē puel
la surge. et s̄m hoc sunt diuersę interpretatio
nes huius noīis. Hęc aut̄ erat plena op̄ib⁹
bonis et elemosynis quas faciebat et preci
pue in p̄suendis vestibus pauperū multum
laboris impendebat. Factū est aut̄ in dieb⁹
illis in quibus petrus venerat liddā. vt infir
mata moreret. Lunq̄ lauissent corp⁹ posu
erunt in superiori cēnaculo. Et cuī liddā p̄pe
esset ioppen. discipuli audiētes qz p̄pe ellī
petrus liddę miserunt ad eum duos viros
dicentes. Ne pigriteris venire v̄sq̄ ad nos
et nō spueruntei causam. Exurgens autem

Actuū apostolorum

petrus venit cum illis. Et cum aduenissent duxerunt eū in cgnaculū. ubi iacebat mor tua thabita. Et circūsteterūt eū oēs viduē flentes et ostēdentes et vestes quas faciebat illis dorcas. ut opib⁹ misericordi⁹ ipsaz ope ram dedisse ostenderent. et sic petri ad compassiōē cōmouerent. Tunc petr⁹ omēs eie cit nō tanq⁹ ppterā aliquid factur⁹. qđ vell⁹ alios latere. ut hi q̄ magicis artib⁹ vel consilio demonū aliqd machinant. s̄ magistrū suū volens imitari. q̄ filiam archisynagogi suscitatur⁹. oēs de domo eiecit. paucis exceptis. Vnde forte qr̄ nōnulli erant visione miraculi indigni. eiectis omnib⁹ foris. facta genuflexione orauit et puerus ad corpus ait. Thabita surge. At ille aperuit oculos. et viso petro resedit. et dans illi manū. erexit eaz vinā. Et notū factū est miraculū p̄ vniuersam ioppen. multi ceciderūt in deū. Et morat⁹ est petrus in ioppen multis dieb⁹ apud simonē coriariū vel curiariū. vel a corio. vel curia. qr̄ forte curialis erat. ideo dict⁹ curia rius. vel quia curabat coria. ideo dictus est coriarius.

De conuersione cornelii.

Capitulum. .L.

Ir aūt quidaꝝ

erat in cesarea noīe corneli⁹. centu
rio cohortis q̄ dicebat italica. quia
missa fuerit a romana ciuitate q̄ est in italia.
qr̄ romani ipatores mittebat milites suos
p̄ citates. ad custodiendas munitōes. Et s̄
erat religiosus et timēs deū. religiosus supra
gradū timoris. timēs infra gradum religio
nis. i. pietatis. quia in graduī ascensiū do
noꝝ spūsancti. gra

dus pietati supra gradū timoris. Inqñ
est. ad cultū dei. et ad
tum ergo religiosus cōpassionem p̄ximi.
supra gradū timorū

instantū timens deū infra gradū religionis.
vt noīe religionis intelligas spūm pietatis
Erat inquā religiosus cū oī familia sua q̄
religiosa erat et timorata faciēs elemosynas
multas plebi nō acceptor psonarū. Iste cū
esset quasi lōra nona diei vidi in visu ma-

nifeste. i. manifesta visione nō p̄ somnū vel
in extasi angelū dei introcunte ad se. et dicē
tem sibi Cornelii. At ille intuens in eū timo
re corrept⁹ dixit. Quis es dñe. Ad quē an
gelus. Orationes tue et elemosynē tue ascen
derunt in memorā in p̄spectu dei. Et nunc
mitte viros in ioppen et accersi simonē quē
dam qui cognominat petrus. Hic hospitat
apud simonē quandā coriariū. cui⁹ domus
est in xta mare tyrrenū. qr̄ ioppen ciuitas ter
re p̄missionis erat mari tyrreno p̄ima et in
ipsius orientali litorē sita. et expte litoris si
ta erat dom⁹ simonis coriarij hospitis petri.
Hic inquit dicit tibi quid te oporteat face
re. Ecce cornelio dictū est ab angelo. Exan
dit⁹ sunt orationes tuę. Unū p̄stat euz tunc
fidem habuisse. quia in hoc consonant lan
cti. q̄ merito fidei venit ad opa et nō viceū.
sa. Non dū tñ credebat christū incarnatum
quia de tempore incarnationis incertus erat
ignorans an iam incarnat⁹ fidē incarnatō
nis haberet. salua fide poterat esse in ambi
guo. an iam venisset. an adhuc in carne ven
turnus esset. Quia nōnullos sanctoꝝ patrū
latuit christū natum esse postq⁹ nat⁹ est. vt sy
meonē usq⁹ ad quadragesimū nativitatis
eius diem. Non tamen putandū est eos fi
dem incarnationis nō habuisse. quia tem
pus nō est de articulo fidei. imo cū nondū
esse ei⁹ predicatū vel inspiratū q̄ iam nat⁹
esset salua fidelicuit eis esse in ambiguo. an
iam natus esset. an adhuc nasciturus. Lūz
discessisset angelus a carnelio vocavit duos
domesticos suos. et militem metuentēz dñm
qđ de domesticis nō est dictū. quia conſta
bat familiam eius religiosas esse et timoratas
Quibus cum narrasset singula. misit illos
in ioppen.

De visione petri

Capitulum. .LI.

Osterā aūt die

iter facientib⁹ illis appropinquā
tibus ciuitati ioppe. vel apparētib⁹
hīm aliam litteram. vt iam possent videri de
domo simonis coriarij. ascēdit petrus in su
periū cgnaculū hospitij sui circa horā sextā

Historia

ut in secreto oraret. et post orationem comederet. quia tempus erat comedendi. et ipse patiebatur esuriem. Et parantibus prandium ministris. cum ipse esset in oratione. cedit super eum extasis. quia domino operante pallus est alienationem mentis ita ut non exteretur sensibus humauis. Et in hinc ex tasi vidit celum apertum. id est aerem. et de aere aperto descendens vas quoddam velut lintheum magnum de celo submitti in terram quantum lintheis vel litis vel initis. que littera prior est. Dicuntur autem initis tuniculi molles quibus circuligantur pueri in cunabulis. facti de stuprea materia. vel de serico ad opus nobilium. Videbatur ergo ei vas illud quasi lintheum quattuor initis quattuor cornibus alligatis. in aere appensum. et ita dimitti in terra. et in eo esse ominia genera animalium. quadrupedia. serpentia terre. Et cum esuriret facta est vox ad eum dicens. Surge petre macta et manduca. Ac si diceretur ei in spiritu. Transi ad gentes. et occide in eis vicai. et sic ecclesiis incorpa. Ab sit inquit domine. quod nunquam manducaui commune. in immundum. Et est ideo causa hebreorum reputantum cibos imundos. quibus communiter vtebatur gentes. unde vocabant communies qui imundos. Abhorruit ergo petrus quod dictum est ei manduca. quia ostensa ei fuerat quadrupedia. et serpentia sum legem imunda. quia graue videbatur ei vii cibis in lego prohibitis. et maximetimebat reprehensione indeo si vteretur cibis gentiliis. Et ioco cum ita cuncta abhorreret. facta est vox secundo ad eum dicens. Quod deus purificauit commune dixeris. Quod constat ei spiritualiter dictum fuisse de gentibus. iam in dei presentia perfidem purificatis. De qua purificazione instruxerat petrum vox prima facta ad eum dicens. occide et manduca. Cum autem ostensa fuissent ei serpentia terre. constat ea non fuisse a deo purificata. nec alicui sive iudeo sive gentili ad comedendum munda. Hoc autem factum est ei ter. scilicet vas semel iterato et tertio in terra demissum et vox ter addita est pro commendanda veritate visionis vel fidei trinitatis. Nam et dicit ambro. In

catecismo fit triplex interrogatio. scilicet credis in deum. ab renuncias satanam. vis baptizari. Similiter triplex unctio. in vertice sive fratre in scapulis. et pectore. In baptismate est triplex immersio. Post trinam vas ostensionem receptum est vas in celum. Et dum intra se cogitaret petrus. quid sibi vellet haec visio. Ecce tres viri qui missi fuerant a cornelio. inquirentes dominum simonis coriarij steterunt ad ianuam. querentes. si simon qui agnominaetur petrus illic haberet hospitium. Et cogitante petro de visione. dixit eis spes. Ecce tres viri querunt te. Causam tuam cur enim quererent ei subtiliter. quam ipse postea ab eis didicit. Quid ad conservandam humilitatem aliquando prophetie spes ex parte animi tangit. et ex parte non tangit. Surge inquit et descendere. et valid ecum eis nihil besitans. quia ego misi illos. Descendens autem petrus ad eos dixit. Ecce ego sum quem queritis. quae causa est pro qua venisti. Ad quem illi. Cornelius centurio vir religiosus ac timens deum. et testimonium habens ab universa gente indecorum respondit accepit a spiritu sancto ut accersiret te in domum suam et andiret verba a te. Et introduxit eos in hospitium suum et fuerunt cum eo nocte illa. Sequenti autem die. prefectus est cum illis et quibusdam fratribus quem comitati sunt a ioppe ut eis testes essent.

Dicitur petrus venit ad cornelium vocatus. Capitulum .LII.

Littera autem die

a secunda ab egressu de ioppe introiuit cesaream. Cornelius vero expectabat illos provocatis suis et amicis necessariis. Amici necessarij dicuntur. qui non deserunt hominem in articulo necessitatis. Et cum introisset petrus obuius occurrit ei cornelius. et procidentis ad pedes eius adorauit eum ipso gestu corporis exprimens devotionem metis. Petrus vero eleuauit eum dicens. Surge quia ego homo sum ut tu. Et cum multi adessent cognati scilicet amici conuocati. locutus est eis petrus dicens. Vos scitis quod abominabile sit viro indeo accedere ad alienigenas. Sed oportet